αἰτοῦ δὲ προσπίτρουσα γῆθεν εἰμενῇ  
ἡμῖν ἀρωγὸν αὐτὸν εἰς ἐχθροὺς μολεῖν·  
καὶ παῖδ' Ὀρέστην ἐξ ὑπερτέρας χειρὸς 455  
ἐχθροῖσιν αὐτοῦ ζῶντ' ἐπεμβῆναι ποδί,  
ὅπως τὸ λοιπὸν αὐτὸν ἀφνεωτέρας 450  
χειρὸς στέφωμεν, ἢ τανῦν δωροῦμεθα.  
οἶμαι μὲν οὖν, οἶμαί τι κάκεινον μέλον

ρειν;] „Num credis haec, quae fers, libamina eam a culpa caedis illius liberare posse?“ i. e. num credis libaminibus his caedem illam Clytaemestrae expiari posse? De λυτήριος cum genetivo iuncto vide v. 635 seq. et 1490 et similia exempla a Matth. § 344 et Krueg. II § 47, 26, 7 congesta, de locutione λυτήριος τοῦ φόνον, significante „liberans a culpa caedis“, Eur. Hipp. 1449 ἐπεὶ σε τοῦδ' ἐλευθέρω φόνον et v. 1450 ἀφιεῖς αἵματος μ' ἐλευθέρων.

V. 441 seqq. ἀλλὰ ταῦτα μὲν κτλ.] Cum utriusque membri, ἀλλὰ — μέθες et σὺ δὲ — δὸς αὐτῷ, unum idemque subiectum sit, haerere quis possit in σὺ pronomine, in membri posterioris initio posito. Sed nihil offensionis in ea re esse facile intellet qui perpenderit verborum praecedentium sensum hunc esse: „quae a matre data sunt non decet afferri tumulo patris“, id est: „matrem nefas est inferias mittere patri“. Cf. etiam Krueg. II § 50, 1, 10. Ceterum bene scholiasta: προοικονομικῶς ἀποστέλλει αὐτὴν εἰς τὸν τάφον ἐπὶ τὸ εὐρεῖν τὸν βοστρύχον Ὀρέστον.

V. 442. τεμοῦσα — φόβας] Bene monet Brunckius ad Eur. Or. 128 in recenti luctu morem fuisse caput ad cutem

radi (Eur. Hel. 1188), in vetere tantum aliquot cincinnos abscissos esse. ERF. Vide tamen Aiac. 1179.

V. 444. Recepi cum Brunckio λιπαρῇ, quod pro varia scriptura a scholiasta allatum est. Libri ἀλιπαρῇ, quod et barbarum esse et a sensu loci alienissimum in Comment. de schol. in Soph. tragg. auctoritate p. 33 seqq. probasse mihi videor. Recte scholiasta ἐξ ἧς αὐτὸν λιπαρήσωμεν, ὡς εἰ ἔλεγεν ἰκέτιν τρίχα. Cf. v. 1378 λιπαρεὶ προύστην χειρὶ.

V. 445. Schol. καὶ ζῶμα τοῦμόν: σύμφωνον τούτω τὸ „ὡδε μὲν ἀεικεῖ σὺν στολῆ“ (v. 190). ζῶμα δὲ πῦν τὴν ζώνην δηλοῖ, οὐ τὸ ἐνδύμα, ἵνα τούτω στέφῃ τὸν τάφον ἀντὶ μίτρας. — δίδωσι γὰρ τὸ ζῶμα ἀντὶ ταυρίας. De verbi ἀσκεῖν usu vide Blomf. gloss. ad Aesch. Pers. 187.

V. 448. ἐξ ὑπερτέρας χειρὸς] Bene interpretatur Hermannus: „vietrici manu“. De ἐκ praepositione vide ad Philoct. 91.

V. 450 sq. τὸ λοιπὸν ἀφνεωτέρας χειρὸς] Cf. Aesch. Cho. 481 οὐτω γὰρ ἂν σοι δαίτες ἔννομοι βορῶν κτιζοῖατ' κτλ.

V. 452. οἶμαί τι κάκεινον μέλον] Neque eorum ratio qui ad μέλον supplent εἶναι neque eorum qui μέλον ut accusativum cum οἶμαι construnt admodum probabilis videtur. Et

πέμψαι τάδ' αὐτῇ δυσπρόσοπτ' ὄνειρατα 460  
ὅμως δ', ἀδελφῆ, σοὶ δ' ὑπόοργησον τάδε  
ἐμοὶ τ' ἀρωγὰ τῷ τε φιλάτῳ βορῶν 455  
πάντων, ἐν Αἴδου κειμένῳ κοινῷ πατρὶ.

XO. πρὸς εὐσέβειαν ἢ κόρη λέγει· σὺ δὲ, εἰ σωφρονήσεις, ὦ φίλη, δράσεις τάδε. 465

XP. δράσω. τὸ γὰρ δίκαιον οὐκ ἔχει λόγον δοῖν ἐρίζειν, ἀλλ' ἐπισπεύδειν τὸ δράν. 460  
πειρωμένη δὲ τῶνδε τῶν ἔργων ἐμοὶ  
σιγῇ παρ' ὑμῶν, πρὸς θεῶν, ἔστω, φίλαι·  
ὡς εἰ τάδ' ἢ τεκοῦσα πένυεται, πικρὰν 470  
δοκῶ με πείραν τήνδε τολμήσειν ἐτι.

(στροφη.)

XO. Εἰ μὴ γὰρ παράφρων μάντις ἔφην 465  
καὶ γνώμας λειπομένα σοφᾶς,  
εἶδιν ἂ πρόμαντις 475

Δίκα δίκαια φερομένα χειροῖν κράτη·  
μέτεισιν, ὦ τέκνον, οὐ μακροῦ χρόνου.

deorum, non Agamemnonis est somnia mittere. Itaque puto non μέλειν, quod Blaydesius coniecit, scribendum esse, sed ἐλθεῖν pro πέμψαι, de quo idem Blaydesius cogitavit. De μέλον ut accusativo absol. vide Krueg. I § 56, 9, 5.

V. 457. Schol. rec. πρὸς εὐσέβειαν· εὐσεβῶς. Cf. v. 369.

V. 459 seq. Schol. τὸ γὰρ δίκαιον οὐκ ἔχει λόγον: οὐκ ἔχει λόγον τὸ φιλονεικεῖν περὶ τοῦ δικαίου, ὥστε περὶ αὐτοῦ δύο ὄντας ἐρίζειν· δεῖ γὰρ τὸν ἕτερον τῷ ἑτέρῳ πείθεσθαι. Quem recte secutus Neuius pro δοῖν οἶν monet potuisse δύο scribi, quod cum infinitivo construeretur; illum dativum attractum esse a dictione οὐκ ἔχει λόγον, coll. Matth. § 387. Ceterum τὸ δίκαιον οὐκ ἔχει λόγον eadem ratione dictum est atque δίκαιός εἰμι τυγχάνειν. Post ἀλλὰ ex οὐκ ἔχει λόγον ultro suppletur ἐλλογόν ἐστι vel προσήκει. Sensus igitur hic est: „iustum enim quod est, de eo duo rixari non sani animi est, sed certatim id exsequi decet“.

V. 462. Schol. σιγῇ παρ' ὑμῶν: εὐλαβῆς οὐσα ἢ Χρυσόθεμις κρύπτειν ἀξιοῖ τὸν χορόν.

V. 463 seq. πικρὰν — ἐτι] Hoc dicit: ἀλγεινὴν δοκῶ μοι ἔσεσθαι τὴν τολμήσειν ταύτης τῆς πείρας. His dictis abit Chrysothemis ad patris sepulcrum, remanente Electra.

V. 464. δοκῶ με — τολμήσειν] De addito pronomine ad v. 65 sq. admonuimus.

V. 465 seqq. Schol. εἰ μὴ ἐγὼ παράφρων· ὁ χορὸς ἐκ τοῦ ὄνειρον προμαντευόμενος θαρσεῖν παραίνει τὴν Ἠλέκτραν. Cf. Oed. R. 1086 εἶπερ ἐγὼ μάντις εἶμι καὶ κατὰ γνώμαν ἰδρις, Philoct. 910 εἰ μὴ γὰρ κακὸς γνώμην ἔφην.

V. 467. Schol. εἶσιν ἂ πρόμαντις: ἢ προμαντευομένη τὰ μέλλοντα ἢ τοῖς συνετοῖς προγνωσκόμενη.

V. 468. Δίκα] De Iustitia mortuorum iura servante vide ad Ai. 1361 seq.

V. 469. Schol. μέτεισιν· μέτεισι, φησί, παρέχουσα τούτοις δύναμιν, ὡς χειρῶσασθαι τοὺς

ὑπεστί μοι θράσος, 470  
 ἀδυνόων κλύουσαν ἀγτίως ὄνειράτων. 480  
 οὐ γάρ ποτ' ἀμναστέι γ' ὁ φύσας  
 Ἑλλάνων ἀναξ,  
 οὐδ' ἂ παλαιὰ χαλκόπλακτος 475  
 ἀμφάκης γένυς, 485  
 ἃ νιν κατέπεφνευ αἰσχίσταις ἐν αἰκίαις.

(ἀντιστροφή.)

ἤξει καὶ πολύπους καὶ πολύχειρ  
 ἂ δεινοῖς κρυπτομένα λόχοις 490  
 χαλκόπους Ἑρινύς. 480  
 ἄλεκτρον ἄννημα γὰρ ἐπέβα μαιφόνων  
 γάμων ἀμιλλήμαθ' οἷσιν οὐ θέμις.  
 πρὸ τῶνδ' ἐμοὶ θράσος, 495

ἐχθρούς. De genetivo χρόνου  
 vide ad O. C. 393.

V. 471. κλύουσαν] Exspectaveris dativum; sed vide ad Ai. 980. Adiectivum ἀδυνόων recte explicat Triclinius: εὐφραντῶν ἡμῖν. Non dissimiliter somnus dicitur εὐαῆς Phil. 828, quod recte explicatum a scholiasta εὐπνοῦς.

V. 473. Schol. οὐ γάρ ποτ' ἀμνηστέι: οὐ γὰρ ἀμνημονεῖ, φησί, τῶν τοληθέντων καθ' ἑαυτοῦ ὁ βασιλεὺς, ἀλλ' ἐπεξελεύσεται κατὰ τῶν ἐχθρῶν.

V. 475. Schol. χαλκόπλακτος: ἀπὸ κοινοῦ τὸ ἀμνηστέι. οὐδ' ἀμνημονεῖ, φησὶν, ἢ χαλκόπλακτος γένυς, ἢ ἐλοῦσα αὐτόν, ἀλλὰ καὶ αὐτὴ τιμωρὸς ἤξει κατὰ τῶν θρασῶντων. Erfurdius coniecit χαλκόπλακτος adiectivo χαλκόδετος simile; sed recte schol. ἢ ἐλοῦσα αὐτόν interpretari videtur, cum ἢ χαλκόπλακτος γένυς idem fere significet atque ἢ χαλκῆ γένυς ἢ ἐπληξεν αὐτόν.

V. 477. αἰσχίσταις ἐν αἰκίαις] Cf. v. 445 sq. Fortasse poeta scripsit σὺν αἰκίαις. Cf. Ai. 833. 1245.

V. 478. Schol. rec. πολύπους· πολλὰ διερχομένη. πολύχειρ· πολλὰ ἐργαζομένη. Neuius adscripsit Herodot. VI 86 ἀλλ'

Ἵρκον πάντ' ἐστὶν ἀνώνυμος, οὐδ' ἔτι χεῖρες, οὐδὲ πόδες· κραιπνὸς δὲ μετέρχεται, εἰσέεικε πᾶσαν συμμάχου ὀλέσει γενεὴν καὶ οἶκον ἅπαντα. Praeterea cf. Aesch. Pers. 84 πολύχειρ καὶ πολυναύτης.

V. 480. Schol. χαλκόπους: ἢ στερεὰ καὶ ἀνοπίαστος ἐν τῷ ἐπιέναι κατὰ τῶν φονέων. Cf. χαλκόποδ' Ἰπποκ. Hom. II. θ 41, v 23 et quae ad Aiac. 818 annotavimus.

V. 481 seq. Schol. ἄννημα· ἀντὶ τοῦ μὴ νενομισμένα, ἀλλὰ παράνομα διὰ τὴν μοιχείαν. — δύσλεκτρα καὶ καινόννημα. Sensus hic est: „incestae enim nuptiarum caede pollutarum certationes eos incesserunt, quos nefas fuit“. Adiectiva ἄλεκτρα ἄννημα poetarum more satis usitato (vide ad Phil. 1101 seq. ed. meae) non cum nomine γάμων, quod expectaveris, sed cum subst. ἀμιλλήματα iuncta sunt. De ἐπέβα vide Trach. 298 ἐμοὶ γὰρ οἶκτος δεινὸς εἰσέβη.

V. 483 seqq. τῶνδ' ἐμοὶ θράσος pro τῶνδ' ἐμοὶ ἔχει ipse scripsi ratus verba μ' ἔχει ab interprete profecta esse. Nam quis unquam Graecorum ἔχει με sequente infinitivo ita dixit, ut esset: „confido“ vel „spero fore,

μήποτε, μήποθ' ἡμῖν ἀψευγὲς πελᾶν τέρας 485  
 τοῖς δρωῶσι καὶ συνδρωῶσιν. ἢ τοι  
 μαντεῖαι βροτῶν  
 οὐκ εἰσὶν ἐν δεινοῖς ὄνειροις, 500  
 οὐδ' ἐν θεσφάτοις,  
 εἰ μὴ τόδε φάσμα νυκτὸς εὖ κατασχῆσει. 490

(ἐπιδόξ.)

ὦ Πέλοπος ἂ πρόσθεν

ut" etc.? Aliena autem exempla sunt, quae Hermannus ad Vig. p. 873 et Reisigius ad Oed. C. 357 p. 242 attulerunt. Nomen θράσος significat „fiduciam“ sive „spem certissimam“. Sic modo v. 470 positum est. Cf. Phil. 597 οὗτος γὰρ πλεόν τὸ θάσος εἶχε θατέρον θράσειν τάδε. De omisso ἐστὶ unum affero exemplum Hom. Od. β 280 ἀλλ' ἐπεὶ οὐδ' ὄπιθεν κινὸς ἔσσαι, οὐδ' ἀνοήμων, ἔλπωρή τοι ἐπειτα τελευτήσαι τάδε ἔργα. Pronomen τάδε spectat ad flagitia Aegisthi et Clytaemestrae modo commemorata, iungendumque πρὸ τῶνδε cum verbis μήποτε et ceteris. De πελᾶν, qui est infinitivus futuri verbi πελάζω, cf. O. C. 1060 et Mauth. § 181, 2. Ex eo autem verbo aptus est dativus ἡμῖν, altero dativo τοῖς δρωῶσι κ. σ. ab adiectivo ἀψευγὲς pendente. Denique ut οὐ χεῖρεν saepe dicitur is, qui maximo dolore poenave affectus esse significatur, ita ἀψευγὲς τοῖς δρωῶσι non tam significat, quod non reprehendant scelorum auctores, quam potius id, quod detestentur, sive quod iis gravissimum sit. Itaque sensus totius loci hic est: „confido autem pro istis flagitiis nunquam, nunquam portentum illud, quin gravissimum sit eorum auctoribus et sociis, ad nos accessurum esse“, id est: „pro istis flagitiis confido iam adventurum ad nos esse qui gravissimas poenas ab Aegistho et Clytaemestra exigat“. Quod autem alias mire dictum videri posset, τέρας πελάζει τινί, eo quo monui sensu positum, id

aptissime hic positum esse facile intelleget qui perpenderit chorum de re, quae Clytaemestrae somnio portendebatur (v. 417—422), eventura ita loqui, ut de numine quodam ad vindicanda Aegisthi et Clytaemestrae scelera accessuro. Cuiusmodi numen cum poeta ad amicos Agamemnonis accessurum dicit, quis est, quin intellegat eum ad ipsum Orestem iam iam rediturum caedemque patris ulturum respici velle? Cuius futurum reditum ultionemque chorus ipse, quamvis inscius, iam indicavit illis verbis, quibus Iustitiam et Furias mox aventuras dixit. Quid, quod simillima metaphora rursus usus est v. 490, ubi ipsum illud quod positum est εὖ κατέχειν vulgo de fausto et felici nautarum in portum appulsu dici constat? [Incerta haec interpretatio; sed incerta sunt hoc loco omnia].

V. 488. Schol. δεινοῖς· τοῖς ἐκφοβοῦσιν τοὺς ὄρωντας, ὅταν ὦσι δεινοί (l. τοῖς . . ὄρωντας. — ὅταν ὦσι κινδύνοι, quae est altera interpretatio eaque falsa).

V. 490. Schol. εὖ κατασχῆσει· οὐ τοῖς ἑσρακόσιν, ἀλλὰ τῇ Ἠλέκτρᾳ. Recte Musgravius monuit metaphoram locutionis εὖ κατέχει ductam a navibus esse, quae κατασχῆσει dicantur, cum terrae appellant. Quo sensu autem portentum, quod oblatum in somniis Clytaemestrae fuit, εὖ κατέχειν dicatur, apparet ex iis, quae ad v. 483 seqq. annotavimus.

V. 491 seqq. ὦ Πέλοπος κτλ.] Musgravius, quod chorus ad boni eventus spem animum erigere

πολύπονος ἰσπεία, 505  
ὡς ἔμολες αἰανῆς  
τάδε γὰρ.  
εὔτε γὰρ ὁ ποντισθεῖς 495  
Μυρτίλος ἐκοιμάθη,  
παγχρουσέων δίφρων 510  
δυστάνοις αἰκίαις  
πρόρριζος ἐκριφθεῖς,  
οὔτι πο 500  
ἔλιπεν ἐκ τοῦδ' οἴκους  
πολυπάμονας αἰκία. 515

## ΚΛΥΤΑΙΜΗΣΤΡΑ.

Ἀνεμμένη μὲν, ὡς ζοικας, ἀν' στρέφῃ·  
οὐ γὰρ πάρεστ' Αἰγισθος, ὅς σ' ἐπειχ' αἰεὶ  
μήτοι θυραΐαν γ' οὐδαν αἰσχύνειν φίλους· 505  
νῦν δ', ὡς ἄπεστ' ἐκείνος, οὐδὲν ἐντρέπῃ

coeperit, alienam putat hanc alteram carminis partem. At is ipse bonus eventus cum non possit sine caede contingere, aptissime chorus etiam ad atrocitatem animus advertit, quae inde a Myrtili caede in gente Pelopidarum saevierat. HERM.

Ibid. schol. ὁ Πέλοπος· οἶον ἦν καὶ πρότον· „πολύφθορόν τε δῶμα Πελοπιδῶν τόδε (v. 10). Φερενύδης φησί· Πέλοψ νικήσας τὸν ἀγῶνα καὶ λαβὼν τὴν Ἰπποδάμειαν ὑπέστρεψεν ἐπὶ τὴν Πελοπόννησον μετὰ τῶν ὑποπτέρων ἰππων καὶ τοῦ Μυρτίλου· καθ' ὃδόν δὲ καταλαβὼν αὐτὸν προΐόντα πρὸς τὸ φιλεῖν αὐτὴν ἐκρίψεν εἰς θάλασσαν. Cf. Sturz. fragm. Pherec. ed. sec. p. 94 seq. Rem ipsam pluribus expositam vide a Diodor. Sic. IV, 73, Pausania VIII 14, 7, schol. Pindari Olymp. I 114 et schol. ad Eurip. Or. v. 981, 987, 990 ed. Dind. tom. II p. 243 sqq. De nominativo ἄ πρόσθεν vide ad Ant. 1090.

V. 492. Schol. πολύπονος ἰσπεία: πολύπονος γενομένη παρὶν Ἀργείοις· καὶ ἐρμηνεύει αὐτὸ λέγων „ὡς ἔμολες αἰανῆ τάδε γὰρ“. Αἰανῆ δὲ θρηνη-

τικῆ, παρὰ τὸ αἰαί, ἐξ οὗ γίνεται. Vide quae de hac voce ad Ai. 653 annotata sunt.

V. 495 seq. Schol. εὔτε γὰρ ὁ ποντισθεῖς: ὁ νοῦς τοιοῦτός ἐστιν· ἀφ' οὗ ὁ Μυρτίλος ἀπέθανεν, οὐ διελίπεν αἰκία τοῦς πολυκλήμονας δόμους· ὁ γὰρ Ἐρμῆς, πατὴρ Μυρτίλου, ἐμήνισε τοῖς Πελοπίδαις. Hunc interpretem in v. 502 non πολύπονος, quod libri habent ex v. 492 illatum, sed πολυκλήμονας (πολυπάμονας) in textu habuisse vidit Bothius. De re cf. Eur. Or. 988 seqq. Myrtili caedem causam totius calamitatis, quae incidit in Pelopidas, Plato etiam putat esse Cratyl. p. 395.

V. 498. Numeris convenienter Nauckius δύστανος scripsit.

V. 503. Schol. ἀνεμμένη μὲν: ἀνεμνῆ ἐχουσα· πανταγόθεν δὲ διαφόροις ἐξαλλαγαῖς τὸν ἔλεον Ἠλέκτρας διαγράφει ὁ ποιητής. Vide ad Ant. 577.

V. 505. Recte schol. αἰσχύνειν φίλους· ἀντὶ τοῦ καθ' ἡμῶν λέγειν. Nam φίλους nihil amplius significat quam „nos quibuscumque vivis et genere coniuncta es“, nulla habita aut amicitiae aut inimicitiae ratione.

ἐμοῦ γε· καίτοι πολλὰ πρὸς πολλοὺς με δὴ 520  
ἐξείπας, ὡς θρασεῖα καὶ πέρα δίκης  
ἄρχω καθυβρίζουσα καὶ σὲ καὶ τὰ σά.  
ἐγὼ δ' ὕβριν μὲν οὐκ ἔχω, κακῶς δὲ σε 510  
λέγω κακῶς κλύουσα πρὸς σέθεν θαμά.  
πατὴρ γάρ, οὐδὲν ἄλλο, σοὶ πρόσχημ' αἰεὶ, 525  
ὡς ἐξ ἐμοῦ τέθνηκεν. ἐξ ἐμοῦ· καλῶς  
ἔξοιδα· τῶνδ' ἄρρησις οὐκ ἐνεστί μοι.  
ἦ γὰρ Δίκη νιν εἶλεν, οὐκ ἐγὼ μόνη, 515  
ἦ χρῆν σ' ἀρήγειν, εἰ φρονοῦσ' ἐτύγχανες·  
ἐπεὶ πατὴρ οὗτος σός, ὃν θρηνεῖς αἰεὶ, 530  
τὴν σὴν ὄμαιμον μοῦνος Ἑλλήνων ἔτλη  
θῦσαι θεοῖσιν, οὐκ ἴσον καμῶν ἐμοὶ  
λύπης, ὅτ' ἔσπειρ', ὥσπερ ἦ τίκτους' ἐγώ. 520

V. 507 seqq. καίτοι πολλὰ — ἀρχῶ] Sensus nexusque hic est: „quanquam mihi non pares, tamen imperii mei iniuriam conqueri soles“. Cf. v. 264 ἐκ τῶνδ' ἀρχομαι, et v. 597 καὶ σ' ἔγωγε δεσποτινὴ ἢ μητέρ' οὐκ ἔλασον εἰς ἡμᾶς νέμω. De πολλὰ — δὴ confer v. 603 seq. ὁ πολλὰ δὴ με κτλ., 1387 ἦ σε πολλὰ δὴ, et nos ad Philoct. 1430.

V. 510 seq. ἐγὼ δ' ὕβριν — σέθεν θαμά] Negat Clytaemestra in se esse, id est a se proficisci contumeliam, sed ab Electra; se enim regerere tantum quibus ab Electra lacessatur maledicta. De locutione ὕβριν ἔχειν vide ad Ai. 532.

V. 513. Schol. ἐξ ἐμοῦ· καλῶς: ἴδιον δητορικῆς τόλμης τὸ μὴ ἀρνεῖσθαι μὲν, πιθανὴν δὲ τῶν δεδομένων ἐπισηφῆρειν αἰτία· οὐχ ὡς δίκαια δὲ πραττοῦσης συνηγορεῖ ὁ ποιητής, ἀλλ' ἵνα μὴ ἀργὸν εἴη τὸ πρόσωπον. Rhetores ἀντ' ἐγκλημα vocant i. e. translationem sive relationem criminis. Cf. Rhet. ad Herenn. I 15, 25 ex translatione criminis causa constat, cum fecisse nos non negamus, sed aliorum peccatis coactos fecisse dicimus.

V. 515. γὰρ] Nexus sententiarum est: „Non est quod negem; nam iustitia mecum fuit“. Bene

Gust. Kruegerus coniecit Δίκη ξυνεῖλεν.

V. 518. Pro τὴν σὴν ὄμαιμον propter μοῦνος Ἑλλήνων expectaverit quis τὴν αὐτὸς αὐτοῦ, quod Morstadtus, vel quod Vitellius coniecit τὴν ἦν τε καμῆν. Sed verba gravius sic sonant Electrae et verbis μοῦνος Ἑλλήνων ultra cogitatione post τὴν σὴν ὄμαιμον adiungimus τὴν αὐτοῦ παῖδα.

Ibid. ἔτλη] Vide de usu huius verbi quae notata sunt ad O. C. 180.

V. 519 seq. οὐκ ἴσον — ἐγώ] Inauditam adverte abundantiam in verbis οὐκ ἴσον καμῶν ἐμοὶ λύπης, ὥσπερ ἦ τίκτους' ἐγώ. Nam οὐκ ἴσον ἐμοὶ profusum idem est atque οὐκ ἴσον, ὥσπερ ἐγώ. Itaque non intellegitur, qui et ἐμοὶ et ὥσπερ ἐγώ dici potuerit. Neque ego ita Sophoclem scripsisse credam, a quo non dubito quin οὐκ ἴσον καμῶν τότε (vel ποτε) positum fuerit. Deinde non sine causa moneo sensum hunc esse: „quanquam non eundem sustinuit dolorem, cum gigneret, quem ego sustinui, quae parens sum“. Variavit enim poeta structuram dixitque: „quae parens sum“, pro eo, quod quis expectaverit, „cum parerem“. Cf. Aesch. Ag. 1417 φιλάτην ἐμοὶ ὀδύνα.

εἶεν· δίδαξον δὴ με, τοῦ χάριν τίνων  
 ἔθυσεν αὐτήν; πότερον Ἀργείων ἔρεϊς; 535  
 ἄλλ' οὐ μετῆν αὐτοῖσι τὴν γ' ἐμὴν κτανεῖν.  
 ἄλλ' ἀντ' ἀδελφοῦ δῆτα Μενέλεω κτανῶν  
 τὰμ' οὐκ ἐμελλε τῶνδ' ἐμοὶ δώσειν δίκην; 525  
 πότερον ἐκείνω παῖδες οὐκ ἦσαν διπλοί,  
 οὓς τῆσδε μάλλον εἰκὸς ἦν θνήσκειν, πατρός 540  
 καὶ μητρὸς ὄντας, ἧς ὁ πλοῦς ὅδ' ἦν χάριν;  
 ἢ τῶν ἐμῶν Ἀιδῆς τίν' ἕμερον τέκνων  
 ἢ τῶν ἐκείνης ἔσχε δαίσασθαι πλέον; 530  
 ἢ τῷ πανώλει πατρὶ τῶν μὲν ἐξ ἐμοῦ

V. 521. εἶεν] Vide quae de usu huius vocis ad O. C. 1303 annotavimus. Clytaemestra ea figura utitur, quam rhetores ἀνθροποφορὰν vocant. Cf. Ruf. in Walzii edit. III p. 459 ἢ ἀνθροποφορὰ ἦτοι τὸ ὑπενεγκεῖν τὸν λόγον ὡ χρῆται ὁ ἀντίδικος. — Ad verba τοῦ χάριν τίνων κτλ. recte scholiasta cod. Bar. annotavit: ἦγον τίνος χάριν ἀποδιδούς ἐθυσίασεν; τοῦτο δηλοῖ τὸ τίνων, ἦγον ἀποδιδούς. ἔστι δὲ μετοχή καὶ οὐ γενική πληθυντική.

V. 523. ἄλλ' οὐ μετῆν αὐτοῖσι κτλ.] „Nullum iis ius erat in filiam meam, ut eam occiderent.“ De verbi μέτεστιν usu vide quae ad Ant. v. 48 notata sunt.

V. 524 seq. ἄλλ' ἀντ' — δώσειν δίκην;] „At fac, ut pro fratre Menelao filiam meam interfecerit, nonne debebat huius occisae poenas mihi dare?“ Vide Ant. 456 seq. cum nota nostra. De ἀλλὰ δῆτα particulis „at scilicet“ significantibus ad Philoct. 1324 monitum est.

V. 526. Schol. πότερον ἐκείνω παῖδες: λαμβάνονται τινες τοῦ ποιητοῦ ἐκ τῶν Ὀμηρικῶν, ἐπεὶ ἐκείνος μίαν γεγονέναι τῷ Μενελάῳ τὴν Ἐρμιόνην φησὶν (Odys. δ 13), οὗτος δὲ διπλοῦς ὁμομητρικούς φησὶν αὐτῷ γεγονέναι. ὁμοῦ οὖν συμφωνεῖ αὐτῷ Ἡσίοδος: „ἢ τέκεθ' Ἐρμιόνην δουρικλειτῶ

Μενελάῳ ὀπλοτάτον δ' ἔτεκεν Νικόστρατον, ὄζον Ἀργός“. οὐ περὶ μεγάλων δὲ αἰ τοιαῦται διαφωνίαι τοῖς ποιήμασιν, ὥστε οὐ πάντ' ἀντὶ αὐτοῖς ἐπὶ τῶν τοιοῦτων ἐνοχλεῖν, ἀρμεμένους τῶν ἀναγκαιωτέρων, ἀπερὶ παρατηρεῖν ἐχρήν· ταῦτα δὲ ἔστι τὰ ἠθικά καὶ χρήσιμα ἡμῖν τοῖς ἐντυγχάνουσιν. ὅσα οὖν, πῶς ἐκείνω τῷ μέρει τῆς ἱστορίας κατεχρήσατο, ὅτι συνέφερον τῷ λόγῳ τῆς Κλυταιμῆστρας.

V. 528. ἧς propiorī nomini μητρὸς adiunctum est cum invidia quadam Helenae; nam sententia quidem etiam ad πατρός pertinet.

V. 529. Schol. ἢ τῶν ἐμῶν Ἀιδῆς: τὸ ἐξῆς ἢ τῶν ἐμῶν τέκνων δαίσασθαι πλέον ἕμερον τινὰ Ἀιδῆς ἔσχε, ἢ τῶν ἐκείνης; Immo hic quidem vix dubium, quin eam dicendi rationem habeamus quae in verbis cupiendi et desiderandi fere sollemnis est, ut quod ex sensu obiectum infinitivi esse debet, id cum verbo finito construat. Cf. Eur. Med. 1399 χρῆζα στόματος παιδῶν ὁ τάλας προσπύξασθαι et interpretes ad eum locum. Ceterum probabiliter F. Guil. Schmidtius coniecit λήσασθαι cl. Hesych. v. λήσασθαι: κτήσασθαι, ἀφελῆσθαι et Eur. Tro. 866 ἔλησατο, nisi putandum est, poetam consulto Clytaemestrae atrox tribuisse verbum.

παιδῶν πόθος παρῆτο, Μενέλεω δ' ἐνήν; 545  
 οὐ ταῦτ' ἀβούλου καὶ κακοῦ γνώμην πατρός;  
 δοκῶ μὲν, εἰ καὶ σῆς δίχα γνώμης λέγω.  
 φραῖη τ' ἂν ἢ θανοῦσά γ', εἰ φωνὴν λάβοι. 535  
 ἐγὼ μὲν οὖν οὐκ εἰμὶ τοῖς πεπραγμένοις  
 δύσθυμος· εἰ δὲ σοὶ δοκῶ φρονεῖν κακῶς, 550  
 γνώμην δικαίαν σχοῦσα τοὺς πέλας ψέγε.  
 ΗΛ. ἔρεϊς μὲν οὐχὶ νῦν γέ μ', ὡς ἄρξασά τι  
 λυπηρόν, εἶτα σοῦ τὰδ' ἐξήκουσ' ὑπο· 540  
 ἄλλ' ἦν ἐφῆς μοι, τοῦ τεθνηκότος θ' ὑπερ  
 λέξαιμ' ἂν ὀρθῶς τῆς κασιγνήτης θ' ὁμοῦ. 555

V. 532. Μενέλεω δ' ἐνήν] Recte schol. cod. Lips.: τῶν τοῦ Μενέλεω παιδῶν. Male schol. Barocc. ἀρα ὁ πόθος τῶν ἐξ ἐμοῦ παιδῶν ἡμελεῖτο τῷ πανώλει πατρὶ Ἀγαμέμνονι, τῷ δὲ Μενελάῳ ἐννήρησε πόθος τῶν αὐτοῦ παιδῶν; Arguit μὲν particula, quae, si Μενέλεω scriberetur, non isto loco, sed sic deberet posita esse: τῷ μὲν πανώλει πατρὶ. HERM.

V. 533. Schol. rec. κακοῦ γνώμην ἦγον κακοτρόπον.

V. 534. δοκῶ μὲν ut v. 61. Ibid. σῆς δίχα γνώμης] „licet quae ego dico a tua sententia diversa sint“. Vide Schaefer. ad Theogn. 91. FR. IACOBS.

V. 535. τ' pro δ' Morstadius restituit, Cf. ad v. 907.

V. 536 seq. ἐγὼ μὲν οὖν οὐκ εἰμὶ — δύσθυμος] Me igitur non paenitet haec fecisse. De vocabulo δύσθυμος cf. v. 211.

V. 537 seq. Schol. γνώμην δικαίαν: οἷον λογισμῷ χρησάμενη δικαίω, μὴ τὸ πᾶν ὀργῇ καταχαρίζομένη. τοὺς πέλας ψέγε· ἀντὶ τοῦ ἡμᾶς. τινὲς τοὺς πέλας τοὺς περὶ Ἀγαμέμνονα. Hanc extremam interpretationem olim ipse secutus sum, ita ut sensum nexumque totius loci hunc esse putarem: „itaque me quidem non paenitet occisi a me Agamemnonis; quae mens mea si tibi displicet egoque non recte fecisse tibi videor, quae recto usa sim iudicio, eius

facti culpam in alios confer et eum accusa, qui me ut istud facerem coegit, id est Agamemnonem“. Nunc re diligentissime considerata aliter sentio veramque iudico priorem scholiastae interpretationem. Hoc igitur dicere Clytaemestram puto: „si vero tibi videor male iudicare, iustis vel idoneis causis allatis me reprehende“; id est: „tantum alios (me) reprehende, ut iustas causas reprehendendi afferas vel quid iustum, quid iniustum sit recte iudices“. De locutione τοὺς πέλας cf. Aiac. 1151. Ant. 479.

V. 539 seq. Schol. ἔρεϊς μὲν οὐχὶ νῦν: οὐκ ἂν εἴποις νῦν ὅτι λυπησασά σε τοιαῦτα ἀντακῆκόα σου· ἐμοῦ γὰρ εἰπούσης οὐδὲν, σὺ προκατήρξω τῆς εἰς ἐμὲ λοιδορίας. De collocatione verborum ἔρεϊς μὲν οὐχὶ vide ad Ant. 223. Ceterum ἀκούειν τι ὑπό τινος facile apparet tum tantum dici posse, cum significet „verbis excipi ab aliquo“, veluti „maledictis ab aliquo lacessi“. Sic Ai. v. 1235 ταῦτ' οὐκ ἀκούειν μεγάλα πρὸς δούλων κακά; et ibid. 1320 seq. σὺ γὰρ κλύοντές ἐσμεν ἀσχίστους λόγους. . . τοῦδ' ὑπ' ἀνδρὸς ἀρτίως;

V. 541 seq. τοῦ τεθν. — τῆς κασιγνήτης θ'] Verba τῆς κασιγνήτης τε ita opposuit praecedentibus, τοῦ τεθνηκότος τε, quasi pro illis scripsisset τοῦ πατρός. Nam et Agamemno et Iphigenia inter mortuos erant.

ΚΑ. καὶ μὴν ἐφίημι· εἰ δέ μ' ὦδ' αἰὲ λόγους  
ἐξήραξες, οὐκ ἂν ἦσθα λυπηρὰ κλύειν.  
ΗΛ. καὶ δὴ λέγω σοι. πατέρα φῆς κτείνειν. τίς ἂν 545  
τούτου λόγος γένοιτ' ἂν αἰσχίων ἔτι,  
εἴτ' οὖν δικαίως, εἴτε μή; δείξω δέ σοι, 560  
ὡς οὐ δίκη γ' ἔκτεινας, ἀλλὰ σ' ἔσπασεν  
πειθῶ κακοῦ πρὸς ἀνδρός, ᾧ τανῦν ξύνει.  
ἔροῦ δὲ τὴν κυναγὸν Ἄρτεμιν, τίνας 550  
ποινὰς τὰ πολλὰ πνεύματ' ἔσχ' ἐν Αὐλίδι·  
ἢ γὰρ φράσω· κείνης γὰρ οὐ θέμις μαθεῖν. 565  
πατὴρ ποθ' οὐμός, ὡς ἐγὼ κλύω, θεῶς

V. 543 seq. Schol. εἰ δέ μ' ὦδ' αἰὲ λόγους: εἰ πρὸ τῶν λόγων ἐπυνθάνου, εἰ τὸ λέγειν σοι ἐφίημι, οὐκ ἂν ἦς λυπηρὰ. Paulo liberius ita verba Sophoclis interpretatus est. Locutio λόγους ἐξήραξεν τινὰ significat „appellare aliquem“ sive „verba ad aliquem facere incipere“. Simile est quod Euripides posuit Troad. 149 seq. μολπᾶν — ἐξήραγον θεοῦς, significans: μέλπειν θεοῦς ἤραγοντο, et quod a Sophocle dictum O. C. 1115, λόγον μὴνύειν τινὰ, „de aliquo diutius dicere“, ad quem locum vide quae notata sunt. Deinde verba οὐκ ἂν ἦσθα λυπηρὰ κλύειν idem fere significare atque οὐκ ἂν ἦν λυπηρὸν κλύειν σου, iam ad O. C. 37 monitum est.

V. 545. καὶ δὴ λέγω σοι] De καὶ δὴ particulis supra ad v. 310 dictum est.

Ibid. schol. πατέρα φῆς κτείνειν: ὡς ὁ ἦτορ διεῖλεν εἰς κεφάλαια τὸν λόγον· καὶ πρῶτον κεφάλαιον, ὅτι οὐδὲν χαλεπότερον τούτου, εἰ γὰρ δικαίως· δεύτερον, ὅτι οὐ δικαίως, ἀλλὰ πεισθεῖσα Αἰγίσθω· δεικνύσει δὲ, ὅτι ἀνοσίγαστος ὁ Ἀγαμέμνων ἔθυσεν τὴν Ἰφιγένειαν ἐν τῇ Αὐλίδι.

V. 547. δείξω pro λέξω Morstadius restituit.

V. 548. Schol. ὡς οὐ δίκη γ' ἔκτεινας: ἐναντίον τῶ „ἢ γὰρ δίκη νυν εἴλε“ (v. 515) τὸ „ὡς οὐ δίκη γ' ἔκτεινας“.

V. 549. πειθῶ κακοῦ πρὸς ἀνδρός] De addita praepositione vide quae ad Ant. 193 collecta sunt exempla similia.

V. 550. Propositionem sequitur remotio criminis. Cf. Rhet. ad Herenn. I 15, 25 ex remotione criminis causa constat, cum a nobis non crimen, sed culpam ipsam amovemus et vel in hominem transferimus vel in rem culpam conferimus.

V. 550 seq. τίνας ποινὰς] I. e. τί ἐκδικήσουσα. De appositione autem, cuius loco ποινὰς positum, cf. Aesch. Prom. 584 τίνας ἀμπλακίας ποινὰς ὀλέκη; et vide Matth. § 432, 5. Krueg. II § 57, 10, 10. Tum τὰ πνεύματ' ἔσχες idem est atque τοὺς ἀνέμους κατέσχες, ut dixit schol. ad Eur. Or. 658 ed. Dind., de Iphigenia exponens. Cf. O. C. 429, 888. Denique τὰ πολλὰ πνεύματα Hermannus explicat: „multos illos ventos, qui flare ibi solent“. Congruit hoc cum natura Euripi, qui locus, si quis alius, ventosus est et procellosus. Confer Liv. XXVIII 6. Enimvero τὰ πολλὰ magis ad eam navigationis impeditae causam quae solet nuncupari, mare procellosum, convenire videtur, ut non improbable sit poetam scripsisse τὰ πολλὰ πνεύματ' (vel κύματ') ἢ ἐν Αὐλίδι. Cf. Hom. II. α 479 τοῖσιν δ' ἔμμενον οὐρον ἔει.

V. 553. ὡς ἐγὼ κλύω] Vide ad O. C. 33 et ad Phil. 259.

παίζων κατ' ἄλσος ἐξεκίνησεν ποδοῖν  
στικτὸν κερᾶσθην ἔλαφον, οὐ κατὰ σφαγὰς 555  
ἐκκομπάσας ἔπος τι τυγχάνει βαλῶν.  
καὶ τοῦδε μνησάσα Λητώα κόρη 570  
κατεῖχ' Ἀχαιοὺς, ὡς πατὴρ ἀντίσταθμον  
τοῦ θηρὸς ἐκθύσειε τὴν αὐτοῦ κόρη.  
ὦδ' ἦν τὰ κείνης θύματ'· οὐ γὰρ ἦν λύσις 560  
ἄλλη στρατῶ πρὸς οἶκον, οὐδ' εἰς Ἴλιον.  
ἀνθ' ὧν, βιασθεῖς πολλὰ κἀντιβᾶς, μὸλις 575  
ἔθυσεν αὐτήν, οὐχὶ Μενέλεω χάριν.  
εἰ δ' οὖν, ἐρῶ γὰρ καὶ τὸ σόν, κείνον θέλων

Ceterum causas illius sacrificii alias tradunt Aeschylus Agam. 104 sqq., Euripides Iph. T. 15 sqq., Callimachus in Dian. 262.

V. 554. παίζων κατ' ἄλσος] Recte Schefflerus interpretatus est: „animi causa ambulans“. Neque enim eo consilio lucum illum, Dianae sacrum, Agamemno intrasse statuendus est, ut feras venaretur.

V. 555. στικτὸν — ἔλαφον] Vide quae ad Phil. 183. annotata sunt.

V. 555 seq. οὐ κατὰ σφαγὰς — βαλῶν] „cuius de caede cum gloriabatur, forte impium verbum (in Dianam) iecit“. Scholiasta ad Eur. Or. 658: κωνησάμενος δὲ ἐπὶ τῇ ἐπιτοχίᾳ καὶ εἰπὼν, ὡς οὐδ' ἂν αὐτῇ ἢ Ἄρτεμιν οὕτως ἔβαλεν, ἐπειράθη τῆς θεοῦ ὀργιζομένης καὶ κατεχούσης τοὺς ἀνέμους, ὡς μὴ δύνασθαι αὐτοὺς εἰς Ἴλιον στέλλεσθαι.

V. 557. Λητώα κόρη] Vide ad Ai. 134.

V. 558 seq. κατεῖχ' Ἀχ., ὡς — ἐκθύσειε] Porsonus ad Eur. Phoen. 92 monuit, ὡς particulam in eiusmodi locis neutquam idem quod ἔως significare, sed propriam vim suam retinere, ut consilium actionis et finem denotet. Cum autem saepius apud Sophoclem ἔως occurrat per synizesim legendum, in libris ὡς scriptum, nihil impedit quominus etiam hic ἔως ponamus utpote aliquanto aptius quam ὡς.

Soph. Trag. Vol. II. Sect. I.

V. 560. ὦδ' ἦν — θύματ'] Adverte breviter dictionis. Hoc enim dicit: „hanc ob causam illa sacrificata est“.

V. 560 seq. οὐ γὰρ ἦν λύσις κτλ.] „neque enim alia expediendi exercitus domum aut Ilium facultas erat“. De substitivorum, quale λύσις est, significatu ad Phil. 61 monui. Vehementer tamen dubitandum est, scriptumne hoc loco id vocabulum a poeta sit. Nam quod olim suspicatus sum, λύειν simili sensu hic positum esse, quo saepe ὤζωιν usurpatur, id ab usu Graecorum alienum esse nunc statuo. Itaque corruptam scripturam codicum esse restituendumque id puto, quod scriptum a poeta esse contendit in Emendat. in Soph. Trachin. p. 14 seq.: οὐ γὰρ ἦλυσις ἄλλη στρατῶ πρὸς οἶκον ἦν, οὐδ' Ἴλιον.

V. 562 seq. ἀνθ' ὧν — ἔθυσεν αὐτήν] Male vulgo ἀνθ' ὧν cum βιασθεῖς cohaerere et significare „quam ob rem“ putatur. Iungendum potius cum ἔθυσεν, ita ut quae vulgaris ἀντι praepositionis potestas est, ea hic quoque posita sit atque ἀνθ' ὧν significet: „pro eo, ut posset exercitus Ilium proficisci“. — Probabiliter Walterus πολλά τ' ἀντιβᾶς.

V. 564. De hoc refutationis genere vide Volkmann, Rhetor. Graec. et Rom. p. 250 ed. sec.

ἐπωφελῆσαι ταῦτ' ἔδρα, τούτου θανεῖν 565  
 χρῆν αὐτὸν εἶνεκ' ἐκ σέθεν; ποῖω νόμῳ;  
 ἕρα, τιθεῖσα τόνδε τὸν νόμον βροτοῖς, 560  
 μὴ πῆμα σαυτῇ καὶ μετάγνοιαν τιθῆς.  
 εἰ γὰρ κτενοῦμεν ἄλλον ἀντ' ἄλλον, σὺ τοι  
 πρώτη θάνοις ἄν, εἰ δίκης γε τυγχάνοις. 570  
 ἀλλ' εἰσόρα, μὴ σκῆψιν οὐκ οὔσαν τιθεῖς.  
 εἰ γὰρ θέλεις, δίδαξον, ἀνθ' ὅτου τανῦν 585  
 αἰσχίστα πάντων ἔργα δοῶσα τυγχάνεις,  
 ἦτις ξυνεύδεις τῷ παλαμναίῳ, μεθ' οὐ  
 πατέρα τὸν ἀμὸν πρόσθεν ἐξαπώλεσας, 575  
 καὶ παιδοποιεῖς, τοὺς δὲ πρόσθεν εὐσεβεῖς  
 κάξ εὐσεβῶν βλαστόντας ἐκβαλοῦσ' ἔχεις. 590

V. 567 seq. ὄρα — μὴ πῆμα — τιθῆς] Schaeferus Melett. critt. p. 115 statuit ὄρα μὴ sequente coniunctivo significare „cave ne“, sequente indicativo „vide num“, idque probavit Herm. ad Elmsleii Med. Eur. v. 310, pluribus ea de re exponens. At certum est hoc potius discrimen esse, ut ὄρα μὴ sequente coniunctivo sit „vide“ vel „cave ne“, sequente indicativo „vide an non“. Plato Lach. p. 196 C. ὁρῶμεν, μὴ Νικίας οἴεται τι λέγειν, καὶ οὐ λόγον ἔνεκα ταῦτα λέγει, i. e. „videamus, an non aliquid se dicere Nicias putet, et non dicis causa ista dicat“. Idem Alcib. sec. p. 139 D ἀλλ' ὄρα, ὦ μακάριε, μὴ οὐχ οὕτω ταῦτ' ἔχει, i. e. „sed vide, an non aliter haec se habeant“. Eodemque modo accipiendum est quod nuntius dicit in Soph. Ant. 1253 seq. ἀλλ' εἰσόμεσθα, μὴ τι καὶ κατάσχετον κρηφῇ καλύπτει καρδίᾳ θυμουμένη, „itaque videamus, an non oculos aliquid irato animo servet“. Fortasse aliquid moliri animo irato Iocasten nuntius concedit. Cf. v. 571 et 987.

V. 570. εἰ δίκης γε τυγχάνοις] „si ius in te exerceatur, si iusta poena afficiat“. Cf. huius fab. v. 1505 χρῆν δ' εὐθύς εἶναι τήνδε τοῖς πάσιν δίκην κτλ. Dindorfius adscripsit

Aristoph. Av. 1221 ἀδικεῖ δὲ καὶ νῦν· ἀρὰ γ' οἶσθα τοῦθ', ὅτι δικαιοτάτ' ἄν ληφθεῖσα πασῶν Ἰσίδων ἀπέθανες, εἰ τῆς ἀξίας ἐτύγχανες;

V. 571. Schol. ἀλλ' εἰσόρα: ὄρα, φησί, μὴ παρακάλυμμα τῶν σαυτῆς ἀδικημάτων ταύτην κομίζῃ, τὴν πρόφασιν. Verba οὐκ οὔσαν recte interpretatur Neuius „inanem“. De forma τιθεῖς vide quae ad Oed. R. v. 609 annotata sunt.

V. 572. ἀνθ' ὅτου] Non tam significat: „cuius rei causa“, quem in modum vulgo interpretantur, sed „pro qua re“, id est „quam iniuriam ultura“.

V. 574. Schol. rec. παλαμναίῳ φρονεῖ. παλαμναῖος ὁ ταῖς οὐκείαις χερσὶ φόνον ἐργασάμενος.

V. 575. Hunc versum non a Sophocle additum esse, in Emendat. in Soph. Trach. p. 16 monui.

V. 576. καὶ παιδοποιεῖς] Eri-gonen Aegisthi filiam memorat Pausanias II 18, 5 matremstram eius discrete indicat Clytaemestram Tzetzes ad Lycophr. 1374. HERM.

V. 576 seq. Schol. rec. εὐσεβεῖς· ἐννόμους, ἤγονν ἐξ ἐννόμου γάμου. κάξ εὐσεβῶν· τούτέστιν ἐννόμου γάμου ἠρμοσμένον, ἤγονν ἐννόμων. Verba ἐκβαλοῦσ' ἔχεις hoc fere significat: „fecisti, ut exularint vel potius „eiectos habes“.

πῶς ταῦτ' ἐπαινέσαιμ' ἄν; ἢ καὶ ταῦτ' ἐρεῖς  
 ὡς τῆς θυγατρὸς ἀντίποινα λαμβάνεις;  
 αἰσχροῦ δ', εἴν περ καὶ λέγῃς. οὐ γὰρ καλὸν 580  
 ἐχθροῖς γαμείσθαι τῆς θυγατρὸς εἶνεκα.  
 ἀλλ' οὐ γὰρ οὐδὲ νουθετεῖν ἐξεστὶ σε, 595  
 ἢ πᾶσαν ἰεῖς γλῶσσαν, ὡς τὴν μητέρα  
 κακοστομοῦμεν. καὶ σ' ἐργωγε δεσπότην  
 ἢ μητέρ' οὐκ ἐλασσον εἰς ἡμᾶς νέμω, 585  
 ἢ ζῶ βίον μοχθηρόν, ἐκ τε σοῦ κακοῖς  
 πολλοῖς ἀεὶ ξυνοῦσα τοῦ τε συννόμου.  
 ὁ δ' ἄλλος ἐξω, χεῖρα σὴν μόλις φρυγῶν,  
 τλήμων Ὀρέστης δυστυχῆ τρίβει βίον·  
 ὃν πολλὰ δὴ μέ σοι τρέφειν μιάστορα 590  
 ἐπηγιάσω· καὶ τόδ', εἶπερ ἔσθθενον,  
 ἔδρων ἄν, εὐ τοῦτ' ἴσθι. τοῦδ' ἔγ' εἶνεκα 605  
 κήρουσέ μ' εἰς ἄπαντας εἴτε χρῆς κακῆν,  
 εἴτε στόμαργον, εἴτ' ἀναιδείας πλέαν.  
 εἰ γὰρ πέφνκα τῶνδε τῶν ἔργων ἰδρις, 595

V. 580 seq. Versus 580. 581 cum admodum languidi et inutilis sint, ex interpolatione repetendi videntur Wilamowitzio.

V. 582. ἀλλ' οὐ γὰρ κτλ.] De ἀλλὰ — γὰρ particulis, quae paulo aliter atque vulgo hic usurpatae sunt, monitum iam supra ad v. 216 seq. Eodem modo infra positae sunt v. 606 seq. et Ant. 155. Ceterum recte schol. τὸν ἔλεγχον νουθετεῖν ἀνόμασεν.

V. 588. πᾶσαν ἰεῖς γλῶσσαν] Vide quae ad O. C. 130 seq. annotata sunt. Demosth. pro corona p. 293, 12 ὑπὲρ οὐ τὸτ' ἐκείνος πάσας ἀφῆκε φωνάς. Locutionem proverbialem fuisse πᾶσαν φωνὴν εἶναι apparet ex Platon. de Legg. X p. 890 ἀλλὰ πᾶσαν, τὸ λεγόμενον, φωνὴν εἶναι κτλ. Contrarium legitur Trachin. 323 οὐδὲν διήσει γλῶσσαν.

V. 588. ὁ δ' ἄλλος] Id est ὁ δ' ἀντ'. Sic τοῦτο μὲν — τοῦτ' ἄλλο in Oed. R. 605, quod usitatus τοῦτο μὲν — τοῦτ' ἀντ' dicitur. DINDORF.

V. 590. μιάστορα] I. e. ἀλά-

στορα. Cf. Aesch. Eum. 177 ποτιτρόποιος ὢν δ' ἕτερον ἐν κάρᾳ μιάστορ' ἐκτόνον πάσεται, Eur. Med. 1371 οἷδ' εἰσὶν ὅμοι σὺ κάρᾳ μιάστορος.

V. 592. τοῦδ' ἔγ' εἶνεκα] Vide supra ad v. 380.

V. 593. χρῆς ipse scripsi. Libri inepte χρῆ. De χρῆς i. e. θέλεις, χρῆσεις vide quae ad Antig. 874 seq. annotavimus. Cf. Eur. Med. 1358 πρὸς ταῦτα καὶ λέαναν, εἰ βούλει, κάλει κτέ.

V. 595 seq. εἰ γὰρ πέφνκα κτλ.] Scholiasta εἰ γέγονα τοῦτοῖς τοῖς κακοῖς ἔνοχος, στόμαργος καὶ ἀναιδής, ὡς φῆς, οὐ καταισχύνω σου τὴν φρενί, ἐλάττων σου οὔσα, ἀλλ' ὅμοιά σου φανήσομαι. Eustathius p. 1969. 18 (ad Od. α 508 μὴ τι καταισχύνειν πατέρων γένος); καταισχύνει τις γένος, ὅτε κατ' ἀρετὴν ἀνόμιος τοῖς προγόνους ἐκβαίνει. ἐντεῦθεν τὴ τραγικὸν ἐρρηθῆ ἀντιστροφῆς κατὰ τι σκῆμμα τὸ „εἰ γὰρ πέφνκα τῶνδε τῶν ἔργων ἰδρις, σχεδὸν τι τὴν σὴν οὐ καταισχύνω φύσιν“. ὡς γὰρ παῖς ἐκβάς

- σχεδόν τι τὴν σὴν οὐ κατασχύνω φύσιν.  
 ΧΟ. ὄρω μένος πνέουσιν· εἰ δὲ σὺν δίκῃ 610  
 ξύνεστι, τοῦδε φροντίδ' οὐκέτ' εἰσορῶ.  
 ΚΑ. ποίας δέ μοι δεῖ πρὸς γε τήνδε φροντίδος,  
 ἣτις τοιαῦτα τὴν τεκοῦσαν ὕβρισην, 600  
 καὶ ταῦτα τηλικούτος; ἄρά σοι δοκεῖ  
 χωρεῖν ἂν εἰς πᾶν ἔργον αἰσχύνῃς ἄτερ; 615  
 ΗΛ. εὖ νῦν ἐπίστω τῶνδ' ἐμ' αἰσχύνῃν ἔχειν,  
 κεῖ μὴ δοκῶ σοι· μανθάνω δ', ὄθιούνεκα  
 ἔξωρα πράσσω κούκ' ἐμοὶ προσεικίότα. 605  
 ἀλλ' ἢ γὰρ ἐκ σοῦ θυσμένεια καὶ τὰ σὰ  
 ἔργ' ἔξαναγκάζει με ταῦτα θραῖν βία. 620  
 αἰσχροῖς γὰρ αἰσχροῖα πράγματ' ἐκιδιάσκειται.  
 ΚΑ. ὦ θρέμμ' ἀναιδές, ἢ σ' ἐγὼ καὶ τᾶμ' ἔπη

ἀγαθὸς οὐ κατασχύνει ἀγα-  
 θὸς γονεῖς, οὕτως οὐδὲ τοὺς  
 φανίλους παῖς κακῶν ἰδρὶς κατ'  
 ἐκείνου γενόμενος.

V. 596. τὴν σὴν — φύσιν]  
 „naturam tuam i. e. indolem  
 animi hereditate a te acceptam“.  
 Verba σχεδόν τι eadem cum  
 acerbitate dicta hic sunt, qua po-  
 sita ab Antigona in fab. cogn.  
 v. 470 σχεδόν τι μῶρω μωρίαν  
 ὀφλισκάνω.

V. 597 seq. Schol. ὄρω μέ-  
 νος πνέουσιν: ὁ χορὸς τεθνα-  
 μακῶς ἐπὶ τοῖς λόγοις φησὶν·  
 ὄρω μένος πνέουσιν τὴν παιδα·  
 εἰ δὲ σὺν δίκῃ αὐτῇ τοῦτο τὸ  
 μένος σύνεστι, τοῦτον [τοῦ μέ-  
 νους] φροντίδα οὐκέτι ὄρω γι-  
 νομένην ὑπὸ τινος. εὐσχημό-  
 νως δὲ ἐς τὴν Κλυταιμῆστραν  
 τὸν λόγον ἀποτεινόντων· ἀντι-  
 λαμβανομένη σὺν ἐκείνῃ τοῦ  
 λόγου φησὶν· „ποίας δέ μοι  
 δεῖ πρὸς γε τήνδε φροντίδος;“  
 Addit Hermannus: erudite haec,  
 sed illa, εἰ δὲ σὺν δίκῃ ξύν-  
 εστι, sic potius videntur expli-  
 canda: εἰ δὲ ἢ Ἠλέκτρα σὺν  
 δίκῃ ξύνεστι τῷ μένει. Τοῦδε  
 autem non ad μένος, sed ad to-  
 tam rem refertur: „video eam  
 furorem spirare; sed an iure se  
 ei dederit hoc non iam curari  
 video“. De scenica huius loci vi

cf. O. R. 746 ὄνω τοι πρὸς  
 σ' ἀποσκοποῦσ', ἀναξ.

V. 600. τοιαῦτα τὴν τ. ὕβρι-  
 σην] De locutione ὕβριζειν τοι-  
 αῦτά τινα vide ad O. R. 259 seq.

V. 601. Schol. καὶ ταῦτα  
 τηλικούτος: ὑπὲρ ἐπιτάσεως,  
 ὅτι, εἰ καὶ δολίη τις ἔξουσίαν  
 ἀντιλέγειν τοῖς γονεῦσιν, ἀλλ'  
 οὐ ταῦτα παρθένου οὕση ἔπρεπε  
 τηλικαύτη. De forma τηλικού-  
 τος vide Matth. § 436, 2. Krueg.  
 II § 22, 2, 1.

V. 601 seq. ἄρά σοι — ἄτερ;]  
 Non sine causa moneo sensum  
 hunc esse: „nonne videtur tibi  
 quodvis facinus ausura esse sine  
 ullo pudore?“ De ἀρα vide ad  
 Ai. 269.

V. 605. ἔξωρα — προσεικίότα]  
 Schol. κἀγώ, φησὶν, αἰσθάνο-  
 μαι ἐπονείδιστα πράσσομεν καὶ  
 οὐ κατὰ τὴν ἐμὴν ὥραν.

V. 606. ἢ ἐκ σοῦ θυσμένεια]  
 Vide ad v. 549.

V. 607. Schol. ἐμπακίωτε-  
 ρον τὸ ἔξαναγκάζει με διὰ  
 τῆς προθέσεως.

V. 609. ὦ θρέμμ'] Adscripsit  
 Neuius Trach. 574, 1093, 1099.  
 Aesch. Sept. c. Th. 165 ὑμᾶς  
 ἔρωτῶ, θρέμμαι οὐκ ἀνασχετά.  
 Eur. Androm. 261 ὦ βάρβαρον  
 σὺ θρέμμα καὶ σκληρὸν θρά-  
 σος. Recte totum locum inter-

- καὶ τὰρα τὰμὰ πόλλ' ἔργον λέγειν ποεῖ. 610  
 ΗΛ. σὺ τοι λέγεις νιν, οὐκ ἐγώ. σὺ γὰρ ποεῖς  
 τοῦτογον· τὰ δ' ἔργα τοὺς λόγους εὐρίσκειται. 625  
 ΚΑ. ἀλλ' οὐ μὰ τὴν δέσποιναν Ἄρτεμιον θράσους  
 τοῦδ' οὐκ ἀλύξεις, εὐτ' ἂν Αἰγισθος μόλῃ.  
 ΗΛ. ὄρα; πρὸς ὀργὴν ἐκφέρῃ, μεθεῖσά μοι 615  
 λέγειν ἢ χοῆζοιμ', οὐδ' ἐπίστωσαι κλύειν.  
 ΚΑ. οὐκ οὖν ἔασεις οὐδ' ὑπ' εὐφῆμου βοῆς 630  
 θῦσαι μ', ἐπειδὴ σοὶ γ' ἐφῆκα πᾶν λέγειν;  
 ΗΛ. εἶω, κελεύω, θῦε, μηδ' ἐπαιτιῶ  
 τοῦμὸν στόμ', ὡς οὐκ ἂν πέρα λέξαιμ' ἔτι. 620  
 ΚΑ. ἐπαιρε δὴ σὺ θύμαθ' ἢ παροῦδά μοι  
 πάγκαρπ', ἄνακτι τῷδ' ὅπως λυτηρίους 635  
 εὐχὰς ἀνάσχω δειμάτων, ἢ νῦν ἔχω.

pretatur Hermannus: „profecto  
 nimis multa loquendi tibi occasio-  
 nem et ego et mea dicta et facta  
 mea praebent“.

V. 610. λέγειν ποεῖ] „faciunt  
 ut loquaris“. Sic Philoct. 925 seq.  
 τῶν γὰρ ἐν τέλει κλύειν τὸ τ'  
 ἐνδικόν με καὶ τὸ συμφέρον  
 ποεῖ. Herodot. VIII 5 ὁ δὲ Θε-  
 μιστοκλέης τοὺς Ἕλληνας ἐπι-  
 σχεῖν ὁδε ποίσει.

V. 611. σὺ τοι λέγεις νιν]  
 I. e. αὐτά. Vide supra ad v. 429.  
 De tota locutione vide Valcken.  
 ad Eur. Hipp. 352.

V. 613. δέσποιναν] Vide ad  
 Ai. 38. Verba θράσους τοῦδ'  
 οὐκ ἀλύξεις recte, puto, Mat-  
 thiaeus explicat: „poenam huius  
 audaciae non effugies“. Cf. quae  
 ad Oed. R. 350 ποῦ σὺ τοῦτο  
 φενξείσθαι δοκεῖς; ad Ant.  
 456 sq., supra ad v. 439 sq. et  
 524 sq. annotata sunt.

V. 613 sq. οὐ μὰ — οὐκ ἀλύ-  
 ξεις] Cf. Oed. R. 1087 οὐ τὸν  
 Ὀλυμπον — οὐκ ἔση, Hom. II.  
 a 86 οὐ μὰ γὰρ Ἀπόλλωνα —  
 οὐ τις — ἐποίσει.

V. 615. ὄρα;] Admonentis  
 est atque reprehendentis formula.  
 Cf. Valcken. ad Eur. Phoen. 726  
 et Porson. ad Eur. Or. 581. Nos  
 similiter: siehst du? scholiasta  
 οὐκ ἐμμένεις οἷς πρότερον εἰ-

πας· ἔφη γάρ· „καὶ μὴν ἐφί-  
 ημι“. πιθανῶς δὲ· οὐ γὰρ χρη-  
 ἐν ταῖς ἀντιλογίαις θυμουσθαι  
 τὸν ἠττώμενον. Ceterum ἐκφέ-  
 ρεσθαι hic significat „abripi se  
 pati, efferi“. Similis ἐκ προ-  
 positionis potestas est in verbo  
 ἐκτρέπειν, veluti Ai. 53.

V. 617. ὑπ' εὐφῆμου βοῆς]  
 Bene Brunckius vertit: „male  
 ominatis clamoribus (sive verbis)  
 parcens“, i. e. cum silentio. Vide  
 tamen quae ad Trach. 175 anno-  
 tata sunt. De ὑπὸ praepositione  
 cf. v. 711 γαλήνης ὑπὸν σάλ-  
 πιγγος ἦξαν et Matth. § 592 β.  
 Krueg. I § 68, 43, 1.

V. 621. Schol. ἐπαιρε δὴ σὺ:  
 πρὸς τὴν θεράπαιναν φησὶ.  
 θύματα δὲ, θυμιάματα. Ver-  
 bum ἐπαιρε eodem hic sensu  
 positum, quo in Ai. 537 αἶρε.  
 De nominativo ἢ παρ., pro quo  
 vocativum quis exspectaverit,  
 vide ad Ant. 1090.

V. 622. πάγκαρπα] Schol. ὡς  
 ἐπίπαν δὲ ὄσπρια· ταῦτα γὰρ  
 ἔθνον τοῖς θεοῖς. Cf. Eur. frgm.  
 904 σὺ δὲ μοι θυσίαν ἄπυρον  
 παγκαρπείας δέξαι πλήρη προ-  
 χυθείσαν.

V. 622 seq. λυτηρίους — δει-  
 μάτων] De genetivo vide ad  
 v. 439 seq. Verbum ἀνέχειν a  
 manibus ad preces translatum est.

κλύοις ἂν ἤδη, Φοῖβε προστατήριε,  
 κεκρυμμένην μου βάξιν. οὐ γὰρ ἐν φίλοις 625  
 ὁ μῦθος, οὐδὲ πᾶν ἀναπτύξαι πρέπει  
 πρὸς φῶς, παρούσης τῆσδε πλησίας ἐμοί, 640  
 μὴ σὺν φθόνῳ τε καὶ πολυγλώσσῳ βοῇ  
 σπείρω μεταίαν βάξιν ἐς πᾶσαν πόλιν.  
 ἀλλ' ὡδ' ἄκουε' τῆδε γὰρ κἀγὼ φράσω. 630  
 ἂ γὰρ προσεῖδον νυκτὶ τῆδε φάσματα

V. 624. Schol. προστατήριε· ὅτι πρὸ τῶν θυρῶν ἰδρῦται. Similiter Hesychius προστατήριος· τὸν Ἀπόλλωνα οὕτω λέγουσι, παρόσον πρὸ τῶν θυρῶν αὐτὸν ἀφιδρῶντο. Photius προστατήριος Ἀπόλλων, ἐπεὶ πρὸ τῶν θυρῶν αὐτὸν ἰδρῶντο. Σοφοκλῆς. Contra quos recte Hermannus ad Trach. 208 (209 ed. Br.): „Falsa est“, inquit, „haec explicatio. Nam in Electrae v. 637, quem respexerunt, Apollo non quod ante fores statuum habeat, sed ut defensor vocatur προστατήριος. Quin eo cognomine templum habebat Megaris, teste Pausania I 44, 2, in quo simulacra et ipsius et Dianae et Latoniae erant. Eadem ratione etiam Diana dicta προστατήρία apud Aesch. Sept. c. Th. 436, minime illa eadem cum προπυλαία, προθυραία, προθυριδία, ut putabat Spanhem. ad Callim. h. Dian. 38 p. 196 ed. Ern.“. Cf. ad O. R. 16 notata. Ita chorus ait O. R. 881: θεὸν οὐ λήξω ποτὲ προστατάν ἰσῶν. De verbis κλύοις ἂν scholiasta rec. ἐπὶ τῶν μεγάλων προσώπων, ἐφ' ὧν ἐδόκει βαρὺ τὸ φανερώς προσταττεῖν, ἐχρῶντο οἱ Ἀττικοὶ εὐκτικῶς μετὰ τοῦ ἂν, ὡς ἐνταῦθα ἔχει τὸ κλύοις ἂν ἀντὶ τοῦ ἐπάκουε. Confer Matthiae § 515 γ. Krueg. I § 54, 3, 8. Ceterum ad animos spectantium movendos aptissime Clytaemestra impiis precibus eum deum orat, qui poenam ipsius vel maxime accelerat.

V. 625. κεκρυμμένην μου βάξιν] Apertum est recteque monitum a Musgravio κερ. βάξιν

non de submissa voce, sed de ambiguitate et obscuritate verborum intellegi debere. Mox enim dicit non expedire sibi πᾶν ἀναπτύξαι, i. e. „totam rem, quam sentit, enarrare“. Cf. etiam v. 644 seq.

Ibid. schol. οὐ γὰρ ἐν φίλοις· οὐκ εἰς τὸν χορὸν ἀποτείνεται ἀλλ' εἰς τὴν Ἠλέκτραν.

V. 628. πολυγλώσσῳ βοῇ] Sic v. 798. Sed probabiliter Meinekus et Bergkii hic παλιγγλώσσῳ cl. Hesych. v. παλιγγλώσσῳ· βλασφημῶ, infra παλιγγλώσσον coniecerunt.

V. 629. μεταίαν βάξιν] Adiectivo μάταιος idem fere significari hic videtur atque Trach. 565 ψαύει μεταίαις χερσίν. Apud Herodotum dicuntur λόγοι μάταιοι „sermones improbi et temerarii“. Vide Ind. Herodot. FR. IACOBS. Praestabit, opinor, βάξιν μεταίαν interpretari „falsum rumorem“. Cf. v. 63 λόγῳ μάτην θυήσκοντας. 1298 ἐπ' αὐτῇ τῇ μάτην λελεγμένη. Phil. 345 λεγοντες εἰτ' ἀληθές, εἰτ' ἄρ' οὖν μάτην. Trach. 341. Eur. Ion. 275 ἄρ' ἀληθές ἢ μάτην λόγος;

V. 630. τῆδε γὰρ κἀγὼ φράσω] „nam etiam hac ratione dicam“; i. e. nam proferam preces meas, quamvis obscure tantum praesente Electra proferendas putem. De καὶ particula, quae non iungenda cum ἐγὼ pronomine, sed cum τῆδε est, vide quae ad Ant. 280 annotavimus.

V. 631. ἂ γὰρ προσεῖδον] De γὰρ particula eodem quo hic modo rursus usurpata v. 668. 677 vide ad Ant. 238 seq. Eas-

δισσῶν ὄνειρων, ταῦτά μοι, Λύκει' ἄναξ, 645  
 εἰ μὲν πέφηεν ἐσθλά, δὸς τελεσφόρα,  
 εἰ δ' ἐχθρά, τοῖς ἐχθροῖσιν ἐμπαλιν μέθες.  
 καὶ μὴ με πλούτου τοῦ παρόντος εἰ τινες 635  
 δόλοισι βουλευουσιν ἐμβαλεῖν, ἐφῆς.  
 ἀλλ' ὡδέ μ' αἰεὶ ζῶσαν ἀβλαβεὶ βίῳ 650  
 δόμους Ἀτρείδων σκῆπτρά τ' ἀμφέπειν τάδε,  
 φίλοισί τε ξυνοῦσαν, οἷς ξύνειμι νῦν,  
 εὐήμεροῦσαν καὶ τέκνων ὄσων ἐμοὶ 640

dem preces ad deos mittere Atossa visis nocturnis perterrefacta iubetur a choro apud Aeschylum Pers. 217 seqq. οὐ σε βουλόμεσθα, μήτε, οὐτ' ἄγαν φοβεῖν λόγοις οὔτε θαρσύνειν, θεοὺς δὲ προστροπαῖς ἱκονομένη, εἴ τι φλαῦρον εἶδες, αἰτοῦ τῶνδ' ἀποτροπῆν τελεῖν, τὰ δ' ἀγάθ' ἐκτελεῖ γενέσθαι σοὶ τε καὶ τέκνῳ σέθεν καὶ πόλει φίλοις τε πάσιν.

V. 632. Schol. δισσῶν ὄνειρων· ἢ διπλῆν ἐχόντων φῶσιν, ὡς καὶ Ὀμηρος (Od. τ 562)· „δοιαὶ γὰρ τε πύλαι ἀμνηνῶν εἰσὶν ὄνειρων“. δύνεται δὲ τὸ δισσῶν καὶ ἀριθμὸν ἐμφαίνειν, ὡς δύο αὐτῆς ὄνειρους θεασαμένης, καὶ τὸ μὲν ἐν φάσμα ἠγησασμένης εἶναι, ὑπὲρ οὐ καὶ πέποιθεν ἀποτροπιασθησομένην τὴν Χρυσόθεμιν· τάχα δὲ καὶ ἕτερον αὐτὴν κενύνηκεν, ὑπὲρ οὐ καὶ εὐχεται τῷ Ἀπόλλωνι, ὅπερ οὐδὲ ἐξείπε πρὸς τινα, οὐδὲ πρὸς τὸν Ἀπόλλωνα. ἢ δισσῶν, τῶν ἀμφιβόλων καὶ δισσοποιῶν· ἔλυσε δὲ αὐτὸ εἰπούσα· εἰ μὲν πέφηεν — μέθες“. Hermannus etiam δισσῶν ὄνειρων de ambiguitate somnii intellegendum putat coll. Ruhnkenio ad Timaeum p. 86, qui vocabulum διπλοῦς similiter usurpatum illustravit. Contra Fr. Iacobsius. „Dubito, inquit, de huius interpretationis veritate. Non dubitarem, si legeretur διπλῶν ὄνειρων. Sed δισσῶς aliud est“. Nonne igitur Clytaemestra significare voluit binas somnii, quod viderat, partes, quarum

prior Agamemnonis reditum habebat, altera sceptri revirescentis imaginem? [Interpretatio ἀμφιβόλων vera videtur. Cf. Aesch. Ag. 122 λήμασι δισσοῦς (voluntate diversos) et Lucian. Alex. c. 10 διττοῦς τινὰς καὶ ἀμφιβόλους καὶ λοξοῦς χρησμούς.]

Ibid. Λύκει' ἄναξ] Ut deum averruncum hoc nomine invocari Apollinem constat. Vide ad O. R. 198.

V. 637. ἀλλ' ὡδέ μ' κτλ.] De supplendo imperativo vide ad v. 72, de locutione ζῆν βίῳ ad O. R. 65 et infra ad v. 934 seq. Eodem modo dictum Trach. 168 ζῆν ἀλυπῆτω βίῳ.

V. 638. δόμους — τάδε] Verbum ἀμφέπειν, idem fere significans atque ἔχειν, referendum non minus ad nomen δόμους quam ad σκῆπτρα est, coll. Ant. 1118 et Dissen. Explic. Pind. p. 418. Sceptra autem Atidarum ut teneat in posterum cum optat Clytaemestra, facile intellegitur id precari, ut regina sit perpetua. Vide quae ad Ai. 988 seqq. annotavimus.

V. 639. Schol. φίλοισί τε ξυνοῦσαν: τὸ ὅλον ὑπὲρ τοῦ Ἀγίσθου εὐχεται· διὰ δὲ τοῦ πληθυντικῶν, τοῦ φίλοισι, τὸ τολμηρὸν τοῦ λόγου ἐπεκάλυψεν.

V. 640. Schol. εὐήμεροῦσαν· ἐνάστη ἡμέρα ἐν διαγούσαν. Particula καὶ respondet te particulae antecedente versu positae. Cohaerent verba hoc modo: ξυνοῦσαν ἐν εὐμερῆ φίλοισι· τε, οἷς ξύνειμι νῦν, καὶ τέκνοις, ὄσων



δύσνοια μὴ πρόσεστιν ἢ λύπη πικρά.  
ταῦτ', ὃ Λύκει' Ἀπολλων, ἔλεως κλύων, 655  
δὸς πᾶσιν ἡμῖν, ὥσπερ ἔξαιτούμεθα  
τὰ δ' ἄλλα πάντα, καὶ σιωπῶσης ἐμοῦ,  
ἐπαξιῶ σε δαίμον' ὄντ' ἔξειδέναι. 645  
τοὺς ἐκ Διὸς γὰρ εἰκός ἐστι πάνθ' ὄραν.

## ΠΑΙΔΑΓΩΓΟΣ.

Ξέναι γυναικες, πῶς ἂν εἰδείην σαφῶς, 660  
εἰ τοῦ τυράννου δώματ' Αἰγίσθου τάδε;  
ΧΟ. τάδ' ἐστίν, ὃ ξέν', αὐτὸς ἤκαστος καλῶς.  
ΠΑΙ. ἢ καὶ δάμαρτα τήνδ' ἐπειάζων κυρῶ 650  
κείνον; πρέπει γὰρ ὡς τύραννος εἰσορᾶν.  
ΧΟ. μάλιστα πάντων. ἦδε σοι κείνη πάρα. 665  
ΠΑΙ. ὃ χαῖρ' ἄνασσα. σοὶ φέρων ἤκω λόγους  
ἠδεις φίλου παρ' ἀνδρὸς Αἰγίσθου θ' ὁμοῦ.  
ΚΑ. ἐδεξάμην τὸ ῥηθὲν· εἰδέναι δέ σου 655  
πρώτιστα χρήζω, τίς σ' ἀπέστειλεν βροτῶν.

vel potius καὶ τούτοις τῶν τέκνων ὅσων κτέ. Nam τέκνων non tam per attractionem positum, de cuius diversa ratione vide Krueg. I § 51, 10, 9, quam gen. parit. est a vocabulo ὅσων aptus, ita ut totum enuntiatum relativum vice dativi ad ξυνοῦσαν referendi fungatur. Cf. Trach. 905 ἔκλαιε δ' ὄργάνων ὅτον ψαύσεις et Krueg. I § 51, 13, 3.

V. 644. Schol. τὰ δ' ἄλλα πάντα: τὰ περὶ τῆς τελευτῆς Ὀρέστου εἰσὶν ἐνδεχόμενα. — ζητοῦσι, διὰ τί ἐνταῦθα μὲν οὐκ ἐμφαίνει περὶ τοῦ Ὀρέστου, ὑστερον δέ, τοῦ ἀγγέλου ἐλθόντος, φαίνεται ἐρηδομένη ῥητέον οὖν, ὅτι νῦν μὲν προσδοκῶσα αὐτὸν ἤξοντα ζῶντα οὐδὲν περὶ αὐτοῦ ἀράται, τότε δὲ ὡς κατὰ ἀποθανόντος παρερησιάζεται, ἀφοβος γενομένη.

V. 647 seqq. Schol. ὁ παιδαγωγὸς ἦκει πλασάμενος τὰ περὶ τοῦ θανάτου τοῦ Ὀρέστου. τὸ δὲ ἦθος αὐτοῦ μέσον ἐστίν, οὔτε ἀποικτιζόμενον παντάσῃ, οὔτε ἠδομένον, ἀλλ' ὡς

ξένου. εὐκαίρας δὲ ἦκει, ἔξω οὐσῶν ἀμφοτέρων· πρῶτον ἵνα μὴ δισσολογοίη, πρὸς ἀμφοτέρους ἀπαγγέλλων· δευτέρου πρὸς τὸ δηλωθῆναι τὴν γνώμην ἀμφοτέρων· πιθανῶς δὲ ἔρωτᾷ ὡς ἀγνοῶν. De πῶς ἂν particulis vide ad Philoct. 777.

V. 650. ἢ καὶ — κείνον;] „Etiamne uxorem hanc recte conicio illius esse?“ De ἐπειάζων κυρῶ vide quae ad Philoct. 220 seqq. annotavimus.

V. 651. πρέπει] „conspicua sive insignis est“. Verbi πρέπειν ita usurpati exempla plura ad hunc locum attulit Brunckius. Adde Blomf. gloss. ad Aesch. Pers. 244 et Monk. ad Eur. Alc. 528. De infinitivo εἰσορᾶν vide Matth. § 535. Krueg. I § 55, 3, 7.

V. 655. ἐδεξάμην τὸ ῥηθὲν] „Accipio omen“. Omen est, quod paedagogus iucunda senuntiatum dixit. Sic Herodot. VIII 115 ὁ μὲν δὴ δεξάμενος τὸ ῥηθὲν ἀπαλλάσσετο. — De aoristo vide Herm. ad Vig. p. 746. Matth. § 506 et Krueg. I § 53, 6, 3.

ΠΑΙ. Φανοτεὺς ὁ Φωκεὺς, πρᾶγμα πορσύνων μέγα. 670  
ΚΑ. τὸ ποῖον, ὃ ξέν'; εἶπέ. παρὰ φίλου γὰρ ὦν  
ἀνδρὸς, σάφ' οἶδα, προσφιλεῖς λέξεις λόγους.  
ΠΑΙ. τέθνηκ' Ὀρέστης. ἐν βραχεὶ ξυνηθεῖς λέγω. 660  
ΗΛ. οἶ γὼ τάλαιν', ὄλωλα τῆδ' ἐν ἡμέρα.  
ΚΑ. τί φῆς, τί φῆς, ὃ ξεῖνε; μὴ ταύτης κλύε. 675  
ΠΑΙ. θανόντ' Ὀρέστην νῦν τε καὶ πάλα λέγω.  
ΗΛ. ἀπωλόμην δύστηνος, οὐδὲν εἰμ' ἔτι.  
ΚΑ. σὺ μὲν τὰ σαυτῆς πρᾶσσ'· ἐμοὶ δὲ σὺ, ξεῖνε, 685  
τάληθές εἶπέ, τῷ τρόπῳ διόλλυται;  
ΠΑΙ. κάπεμπόμην πρὸς ταῦτα καὶ τὸ πᾶν φράσω. 680  
κείνος γὰρ ἐλθὼν εἰς τὸ κλεινὸν Ἑλλάδος

V. 662. Schol. τί φῆς, τί φῆς: οἱ ἠδέος ἀκούοντες λόγου, καὶ πάντ' σαφῶς ἀκούσασαι, δις καὶ τρίς τὰ αὐτὰ ἀκούειν βούλονται. Immo qui sibi persuadere vix possunt aut nolunt vera esse quae quis nuntiat, sive iucunda sive tristia, iterum iterumque ea sibi nuntiari volunt. Hic quidem gavisa nuntio Clytaemestra ita quaerit. Sic O. R. 943, 957, Aesch. Ag. 279 ΚΑΤΤ. πέσση δὲ χάμα μείζων ἐλπίδος κλύειν. Πριάμον γὰρ ἠρήμασιν Ἀργεῖοι πόλιν, ΧΟ. πῶς φῆς; πέφυγε τοῦπος ἐξ ἀπιστίας. ΚΑΤΤ. Τροίαν Ἀγαιῶν οὔσαν· ἢ τορῶς λέγω; Sed in re tristissima ita quaerit Creon Antig. 1265 seqq. Adde O. C. 1583. Philoct. 333. 414. 1237.

Ibidem. Schol. μὴ ταύτης κλύε: οἶον μὴ διὰ ταύτην φυλάξῃ εἰπεῖν τὰ ἐξῆς.

V. 663. νῦν τε καὶ πάλα λέγω] Vide Ant. 181 κἀκίστος εἶναι νῦν τε καὶ πάλα δοκεῖ, huius fab. 907. — De participio cf. v. 882, φράσω σεσάμενα Trach. 626 et vide Krueg. II § 56, 7, 4. De πάλαi particula ad O. R. 1443 monitum est.

V. 665. τὰ σαυτῆς ἔργα πρᾶσσε] I. e. μὴ πολυπραγμονεῖ, „tuas res age“. Cf. Hom. Od. α 356 ἀλλ' εἰς οἶκον ἰούσα τέ αὐτῆς ἔργα κομίζε.

V. 666. Schol. τῷ τρόπῳ

διόλλυται: ἴδιον καὶ τοῦτο τῶν ἠδομένων· μαθόντες γὰρ τὸ πᾶν, καὶ τὸ κατὰ μέρος ἠδομένοι πυνθάνονται· ἐπειτα ὁ ποιητὴς βούλεται εὐδοκίμειν περὶ ἀγῶνος λέγων Ἑλληνικοῦ. Immo ut nullus dubitandi locus relinqueretur, quin perisset Orestes, qua ratione perierit, Clytaemestra pluribus exponi sibi postulat.

V. 667. κάπεμπόμην — καὶ — φράσω] De καὶ — καὶ particularum usu vide Math. § 620, 2. Aemulatus Homeri narrationem quae est in Il. ψ 287 seqq., Sophocles certaminum Pythiorum descriptionem inseruit et auditoribus gratissimam et actioni ipsi convenientem, cum ea fides addatur mendacio paedagogi et Clytaemestrae ne acerbissima quidem filii interitus descriptione graviter commotae invidia μητρὸς ἀμήτορος confleur.

V. 668 seqq. Ἑλλάδος πρόσχημ' ἀγῶνος] Recte Hermannus Brunckium errare monet, qui Ἑλλάδος adiectivum esse existimavit. Immo πρόσχημα cum duplici genetivo iunctum (vide ad Ai. 54), ita ut ἀγῶνος genitivus sit explicativus, id, in quo splendor sive decus (πρόσχημα) illud cernatur, significans. Adicit Hermannus: ἄθλων χάριν dicit, quia non spectatum, sed certatum venerat Orestes.

πρόσχημ' ἀγώνος Δελφικῶν ἄθλων χάριν,  
 ὅτ' ἤσθεται ἄνδρὸς ὀρθίων κηρυγμάτων 670  
 δρόμον προκηρύξαντος, οὐ πρώτη κρίσις,  
 εἰσῆλθε λαμπρός, πᾶσι τοῖς ἐκεῖ σέβας 685  
 δρόμον δ' ἰσώσας τῇ φύσει τὰ τέρατα,  
 νίκης ἔχων ἐξῆλθε πάντιμον γέρας.  
 χῶπως μὲν ἐν πολλοῖσι παῦρά σοι λέγω, 675

V. 669. Δελφικῶν ἄθλων] Scholiasta οὕτω ἦν ἐπὶ Ὀρέστον ὁ Πυθικός ἀγών. Vide ad v. 47.

V. 670. ὀρθίων κηρυγμάτων] Sic Eurip. Iph. A. 94 ὀρθίω κηρύγματι Ταλθύβιον εἶπον πάντ' ἀφιέναι στρατόν.

V. 671. οὐ πρώτη κρίσις] Nondum notatam a lexicographis repereri significationem substantivi κρίσις, qua et hic et Trach. 266 τῶν ὄν τέκνων λείποιο πρὸς τόξον κρίσιν, usurpatum est. Utroque enim loco „certamen“ significat. Nec mirum ita dictum esse substantivum illud, cum κρίνεσθαι contendendi sive certandi potestatem habuisse notum sit. Cf. Passov. Lex. Gr. v. κρίνειν 8 b. — Fr. Iacobsius malit, ut ipse olim accepi, sic interpretari: „de quo primo loco iudicari solet“. — Deinde recte Hermannus: cursum fuisse primum certaminum recte annotavit Triclinius. Sic etiam in Olympiis, et quidem stadii decursio. Olympica autem instituta pleraque recepta esse in Pythiis ex Pausania X 7, 3 constat.

V. 673. δρόμον — τὰ τέρατα] Sensus hic videtur: „cum cursus convenienter egregiae staturae suae peregisset“, i. e. cum in peragendis cursibus tanta eius fuisset velocitas, quanta staturae eius fuit praestantia. Atque sic haec iam interpretatus est unus ex scholiasticis, qui annotavit τῇ φύσει ἴσα τὰ τέρατα τοῦ δρόμου ἐποιήσατο. Eodem modo explicavit scholiasta apud Johnsonum τὰ τέρατα τοῦ δρόμου ἰσώσας τῇ φύσει, ἦγον ἄρμοδιῶς τῇ ἑαυτοῦ φύσει δραμών.

